



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 102. Oratio Joannis de Curtacoxa Doctoris adversus Benedictum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

aliisque Principibus præstita relaxat. *Sæcul. XV.*  
 Quoniam vero hæc Bulla multum offen- *A. C. 1408.*  
 derat animos, integros tres dies, quid  
 factu opus esset, deliberatio tenuit. *Juven. Ur-*  
*fin. pag. 193.*

## §. CII.

*Oratio Joannis de Curtacoxa Do-*  
*ctoris adversus Benedictum.*

Die vigesima prima Maji feria secun- *Monach.*  
 da Rex, Principes, aliique iterato in *S. Dionys.*  
 curiae minoris Palatio conveniunt, ubi<sup>l. 28.</sup>  
 Universitatis Rector medium totius con- *Juv. Ursina*  
 fessus locum occupans, atque e regione *hist. Car. VI.*  
 Regis elevationi subsellio insidens Joan-  
 nem de Curtacoxa Doctorem totius U-  
 niversitatis nomine caussam dicere jussit.  
 Hic sermonem suum satis prolixum a  
 textu Psalmi septimi: *Convertatur dolor Psal. 7. v. 17.*  
*eius in caput eius,* auspicatus, atrocius  
 in Benedicti Papæ gesta invehitur, de-  
 monstrans, Bullas illius injustas, atque ut  
 damnatae dilacerarentur, omnino dignas  
 esse, cum ad schismatis propagationem,  
 ac Regiae Majestatis vilipensionem, e-  
 jusque potentiae improbam eversionem  
 instructæ essent. Petrum de Luna in cri-  
 men vocat, quod comminari ausus fui-  
 set, se, et si Universus Christianus Orbis  
 cessionis viam amplectendam censeret,  
 nunquam tamen a proposito suo dimo-

Sæcul. XV.  
A.C. 1408

vendum, ac toti Galliarum regno gravissima quævis, si ei obedientiam denegaret, mala illaturum. Tandem eundem schismatis, ac hæresis nota perstringens non modo Pontificiis insignibus, sed omnibus Ecclesiæ dignitatibus merito spoliandum, Pontifici nominis omnino indignum, nec eidem obediendum esse pronuntiat, ideoque omnes collationes, & provisiones a tertia Maji anni præcedentis factas, penitus nullas, necnon dicti Petri de Luna fautores, aut receptores intra Galliarum fines tanquam læsæ Majestatis reos esse puniendos.

### §. CIII.

#### *Sententia hujus Congressus.*

Absoluto sermone Senatus per suum Cancellarium effatus est, regiæ suæ Majestati cuncta, quæ Doctor ille proposuisset, grata, ac rata esse. His dictis sententia lata est, Benedictum non tantum schismaticum, sed etiam hæreticum esse, quia per obstinatam suam schismatis propagationem funditus everteret Articulum fidei *de unitate Ecclesiæ*, proindeinceps omnem eidem obedientiam esse denegandam, nec ullam in eo agnoscendam dignitatem, nec Papam, & ne quidem Cardinalem amplius dici posse, sequa-